

valemus, vitam denique ipsam lubentissime consecramus. Reddat pristinum Matri optimae nitorem, restituatque, qui fuit sub maioribus nostris, integritatis florem, hospitium in Academia servet inclytæ civitati, amplissimum urbis Magistratum protegat, faciatque propitius, ut spei de me conceptæ facere fatis, aliqua saltem ex parte queam. Deo immortalî, cuius nutu hic gesta, consilioque confecta sunt, omnia, me totum itaque devoveo, ac ipsius opem supplex, submissa animi religione, exposco. Sub mitissimo Rege, Nutritore & quondam, indulgentissimo, consiliis laboribusque, Principibus terræ non plane hætenus exosis, benedicat, Fratres in hoc, toti orbi celebrato divi Lutheri nidulo, bonum scilicet illud iucundum divini Vatis, quo illi habitant in unum, conspicuum magis magisque reddat, bonum istud, post aliquot annorum exilium, favore & benignitate sua iterum immittat, quam sit utile, quam necessarium, quomodo sit conservandum ac retinendum, ipse edoceat, & successus ubique felicissimos clemens elargiatur.

Redeo igitur ac ruo in amplexus vestros, Collegæ multo coniunctissimi, cives

D 2

ex-